Ego Maj^tis Suæ Regiæ nomine respondeo, ipsam co-
siliis rationibusque suis abunde testatam esse, quan-
topere universi orbis Christiani pacem & concordiam cu-
piat, & quod ad vos privatim attinet, non libenter par-
surum studium & operam suam, quæ commode conferri qu-
desiderari; sed honorem & existimationem animi sui pro-
prium obstare & omnino exigere, ut justitiæ officium, q-
à Vobis expectat, prius (uti par est) præstetur, quam
ipsa officium hoc amicitiæ suscipiat. Quod nisi obtin-
ea sive denegatio, sive prætermissio Vestra, injuriæ com-
probationem innuere videbitur, tanquam nec vestro judici-
idem Serenissimus Dominus meus Rex sit, ac ne Christia-
quidem, adeoque indignus, qui aliquem è ministris suis a-
conventum mittat, in quo agendum sit de controversia, quæ
regnum Christianum spectat. Proportio, (ut ita loquar)
pœnæ & satisfactionis ad crimen & injuriam ex comparatio-
utriusque est justitiæ regula, cujus si in ulla causa, in hac
certe habenda est ratio. Neque tamen Rex meus tantum sibi s-
mit, ut voce prævire aut præscribere velit, quid Vobis in ditio-
vestra sit faciendum; quid autem rationi consentaneum q-
æquum putet, breviter narrabo. Scilicet, ut in eos, qui deliq-
runt, pro atrocitate delicti animadvertatur, ut non solum lib-
ille improbatissimus vetetur, verum etiam omnia exemplaria, nondum
distracta, & quæ conquiri possint, palam in foro concrementur. E-
tempore optandum esset, ut eodem loco ab aliquo insignioris c-
ditionis viro oratio haberetur, quæ & concremationis caussam
tanti sceleris detestationem contineret. Postremum est, ut cum
liber ille Latine scriptus, absque dubio Poloniæ fines transvolerit,
per alios gentes multiplici casu feratur, Serenitas vestra publi-
scripto Latino testari velit amicitiam cum Seren. Rege meo ante t-
annos initam, nullo modo à se violatam, sic se atque agnoscere; Cit-
maledicta meras esse calumnias & execranda mendacia. Denique
ejusdem Regis honorem, quemadmodum amicum, consanguineum & fratr-
decet, commendatissimum habere, & promptissimo animo velle tueri, qu-
cunque res postulaverit. Hæc sunt quæ S. R. Majt. XXI. Sept. styl. vet. dix-
A. 1618.

Johannes Dickensonus.